

1767, 1 14
D. IO. AVGVST. HELLFELD

SERENISSIMI DVCIS SAXO - GOTHANI A CONSILIIIS AVLICIS
CODICIS ET NOVELL. PROFESSOR ORDIN. CVRIAEC PROVINC.
ASSESSOR SCABIN. COLLEGII SENIOR ET FACVLT.
IVRID. H. T. EX-DECANVS

SOLEMNIA IN AVGVRALIA

PRAENOBILISSIMI AC DOCTISSIMI

IVRIVM CANDIDATI

GEORGII FRIDERICI STARCKII

REGIM. ALTENB. ADVOCATI

INDICIT

AD DIEM XIII FEBRVARII CIOIO CCLXVII.

SIMVLQVE

**DE PROBATIONE DIVIDVITATIS
TERRITORIORVM PER EXEMPLA**

QVAEDAM DISSERIT.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.

D 10 AUGUST HERLICH

WILHELMUS HERLICHUS AUGUSTUS HERLICHUS
COPICUS TEKTONICUS TORNICORUM ORTHICUS CAVATICUS PEGASUS
MAGISTER SCOLARIS COLLEGII SEMINARI ET LIBRARI
WILHELMI HERLICH HERLICHUS

SCOLARIS SEMINARI

LITERARUM ACADEMICARUM

LITERARUM CANDIDATI

GEORGII HERLICERIGI STARCKII

LEONARDI HERLICHUS HERLICHUS

INDICIT

AN DILECTIS MUNIBUS LIBRARIAZIS CIVICIS CESSARIA

SCOLARIBVS

DE PROGREGATIONE DIUINA TATIS

THEMATICUM PER EDITIONEM

HERLICH MAGISTER

LEONARDI HERLICHUS SCHOLARIS



§. I.

Geuda regalia, prout alibi demonstravi, in regula sunt indiuisibilia. Huic regulae plures contradicunt Icti, vsum textus II. F. 55. in Germania negantes, eamque in rem ad exempla, quae in familiis illustrium exstant innumera, prouocant *). Ast frustaneo ausu exemplis contra legem pugnatur, quam ipsa Aurea Bulla, lex in Germania perpetuo valitura, confirmat. Haec enim ponit regulam **): *principatus congruit in sua integritate servari, ut corroboretur iustitia et subiecti fideles pace gaudeant et quiete,* eamque deinde ad magnificos principatus, electoratus nempe, applicat. Ipsa quoque utilitas publica commendat territoriorum indiuiduitatem **. Nam partitio frangit opes, discordiam inter propinquos ponit, et haud raro defensioni et dignitati reipublicae tuendae facit impares. Exempla, quae ad territoriorum diuisibilitatem probandam afferuntur, plerumque circumstantiis involuta sunt singularibus, adeoque obseruantiam legi contraria probare nequeunt.

*) KNICHEN de Saxon, non prouoc. iure c. III. n. 263. Cap. IV. n. 191.
CONRING ad Lampad. P. III. c. 5. §. 18. GAIL lib. II. obs. 153. n. 2.

**) tit. 25.

**) HERTIVS elem. prud. civil. P. II. sect. V. §. 4. GROTIUS I. B. et P.
lib. II. c. 7. §. 14. sqq. BODINVS de rep. lib. VI. p. 1149.

§. II.

Dantur nempe casus, quibus territoriorum diuisiones, salua lege diuisionem prohibente, fieri possunt. Diuiditur enim vel cum vel sine consensu imperatoris. Ibi diuisione est licita. Hic vero in regula prohibita. Non desunt tamen casus, quibus et sine imperatoris consensu diuisiones territoriorum subsistunt.

§. III.

Primo enim imperatoris consensus haud est necessarius, si non ipsum territoriorum diuiditur, sed solum plura territoria haec tenus coniunctim possessa a se inuicem diuisione separantur. Non rara sunt exempla Electoris, Ducis, principis, qui praeter Electoratum vel Ducatum, adhuc alios possidet Ducatus, a principali territorio vel separatos, vel simul cum illo coniunctos. Huiusmodi composessio plurium territoriorum non impedit, quo minus suo tempore eorum separatio fieri possit. Defuncto igitur possessore, pluribus filiis, seu agnatis successoribus relictis, hi territoria paterna vel agnatica inter se sine imper. consensu diuidere possunt, modo diuisione tali fiat ratione, ut singula territoria in sua persistant integritate, nec in partes scindantur.

§. IV.

Deinde territorii diuisione sine imperatoris consensu est permitta, si illud, vel integrum, vel magna eius pars allodii iure possidetur. Textus enim, qui territoriorum prohibitent diuisionem, de feudis, non de allodiis loquuntur, eorumque dispositio ad allodia extendi nequit. Satis autem notum est, omnibus fere Germaniae territoriis plures intermixtas esse terras allodiales. Saepe quoque incertum est, quaenam ad allodium, quaenam ad feudum pertineant. Hoc casu terri-

territorii diuisio omnino fieri potest, modo ea, quae feudum regale indubie constituant, indiuisa maneant.

§. V.

Porro territorii diuisio sine imperatoris consensu fieri potest, si illud ex feudis, quae dominos directos habent diuersos, est compositum. Sicut enim feuda, quae a diuersis dominis recognoscuntur, per se separatae sunt substantiae, ita quoque nil obstat, quo minus plura haecce feuda, hactenus coniunctim possessa, diuisione diuersis cedant successoribus.

§. VI.

Quarto, imperatoris consensu non indiger diuisio, si solum territorii administratio, eiusque redditus et exercitium iurium regalium diuiditur, ipsum vero dominium utile indiuisum in communione retinetur, et a Domino recognoscitur. Cum enim de redditibus feudi et iurium exercitio vassalus liberum disponendi arbitrium habeat, eorum quoque diuisio inter plures feudi possessores non est prohibita. Huc spectant diuisiones in serenissima Domo Hassiaca obuiæ, de quibus OLENDORPIVS annotat *) : *Dass sowohl possessione cuiuslibet als auch dominium ipsum an den ganzen Fürstenthum Hessen, darzu geböriegen Grafschaften, Land, Leuten, und Jämtlichen Gütern, denen Herren Landgrafen aequaliter et pro indiuiso zuſtehn, und was davon getheilet worden, allein die Administration, emolumenta ac naturalem possessionem berübre. Idem dicendum de terrarum partitionibus serenissimae Domus Saxonicae. Terrae enim Saxonicae, licet quoad exercitum regiminis et redditus sint diuisae, iure simultaneae inuestituree in communi omnium Seren. agnatorum dominio existunt.*

*) Vol. II. Consil. Marp. §. n. 97.

§. VII.

Exinde, quod plures dentur casus, quibus territoriorum Germanicorum diuisiones sunt permisae, colligere licet, ex multitudine diuisionum non satis probari obseruantiam, legi diuisiones interdicenti contrariam. Quod si enim huiusmodi exempla secundum omnes suas circumstantias examinantur, fatis patebit, omnes fere territoriorum regalium diuisiones, aut cum consensu imperatoris esse factas, aut plura territoria haec tenus coniunctim possessa, diuisione esse separata, aut non ipsum feudum, sed solum allodia feudo coniuncta, in diuisionem venisse, aut partitionem, non quoad feudi substantiam, sed solum quoad administracionem et redditus esse factam. Huiusmodi vero exempla, dum regulae non sunt contraria, confuetudinem repugnantem firmare nequeunt. Imo et illa exempla, quae diuisionem territoriorum sine imperatoris consensu quoad ipsam substantiam feudalem probant, ob defectum continuatis actuum confuetudinem contra legem efficere nequeunt valitaram, praesertim, cum errori, quo ius Romanum ad causas publicas applicandum crediderunt, originem debeant talia exempla.

§. VIII.

Territoria regalia feudalia sine imperatoris consensu non diuidi, sed in sua integritate conseruari debent. Hinc in diuisionibus illustrium non semper exacta seruari potest aequalitas, sed haud raro vni maius, alteri minus, in diuisione cedit territorium. Praecipue vero, si plura territoria diuersi sunt iuris, ita, ut alia iure singulari, primogeniture nempe, alia iure communi successoribus deferantur, primogenitus terras, quarum intuitu primogeniture iura obtinent, habet praecipuas, in reliquas vero provincias, iure communi pro sua parte succedit.

Sed

Sed hic abrumpo, et transeo ad id, quod finem huius
scriptuae principalem constituit, ad indicenda nempe fo-
lemia dissertationis inauguralis.

PRAENOBISSIMI ATQVE DOCTISSIMI SYPREMO-

RVM IN IVRE HONORVM

CANDIDATI

GEORGII FRIDERICI STARCKII.

RONNEBURGENSIS

De cuius vitae studiorumque ratione, quae nobis candida-
tus dignissimus exhibuit, hic inferimus.

Ego GEORGIVS FRIEDERICVS STARCKIVS, natus sum Ronneburgi anno
millesimo Septingentesimo trigesimo octavo, die XVII. Augusti. Pa-
renibus gaudeo patrem, prob dolor! paulo ante buncce progressum mor-
tuum, Ioannem Conradum Starckium, Sereniss. Duciis Saxo-Gorbani
confiliarium, iure consulum studio peritum meritamque, matrem vero,
Reginam Christianam, natam Titteliam, abduc vitam, quam Deus
longissime soroptimi conseruer! Carissimi bi parentes a reveris annis des-
terrimerorum virorum institutioni priuarae me tradiderunt, et postea
quam praeceptra fidei, ex quibus iuuenilis aetas imbuenda, literas apud
hos didicoram, in lycei Ronneburgensi ad doctrinam beate defuncti Re-
ctoris M. Zeiteri accessi, et deinde in Gymnasum Altenburgensem me
contulii, cuius grauissimo Directori M. MOERLINO multa me debere,
grata mente profiteor. Iacis ita in literis homanioribus fundamentis,
anno CIOCCCLVII d. XXV. April. Salana urbs in ciuem academi-
cum me adscivit. Ibi Logicam excellentissimum POLZIVS, praeceptra
moralia et ius naturae ILL: DARIOSIVS mibi tradidit. In Institu-
tionibus excell. TITTELIVM, in Pandectis et iure feudali ILLVSTR.
HELLFELDIVM, in iure criminali PERILLVSTR. HEIMBVR-
GIVM, in iure canonico consulte SONNESCHMIDIVM, me Doctores
habuisse, magnum aestuuo felicitatem. Eruditis quoque praelectionibus,
quibus ILLVSTE. WALCHIVS b. t. Rector Academias Magnificus, in
Struui iurisprudenciam commentatus est, sedulo interfui. Postea anno
CIOCCCLX. Lipsiam me convuli, eiusdemque Academiae professorum
IURIS

iuris, nempe Hommelii et Zollerii, eruditioni juris me proprinavi. Alfolatus studiis academicis ad praxin foresem sum admisus, paulo post honorem advocati aulici in Ducatu Altenburgensi obtinui, et administrationi iurisforum judiciorum nobilium jam sum praepositus.

CUM Igitur praeenobilissimus Candidatus iustum studiorum et honestam vitam rationem tenuit, eius desiderio, de obtinendis supremis in iure honoribus, ordo noster annuit, eumque ad consueta admisit examina, in quibus docta textuum vtriusque iuris explicatione et dubiorum resolutione plaecaram iurium scientiam satis probauit. Inde non dubitauimus, eum ad disputationem admittere inauguralem, quam de usufructu nominum maritali sub praesidio VIRI MAGNIFICI CAROLI FRIDERICI WALCHII Pandectarum profess. ordin. et h. t. academiae Rectoris contra dubia eruditorum d. XIII. Februarii ex ICtorum cathedra defendet. Huius actui, ut Magnificus Academiae Ex-Rector, Illustrissimus S. R. I. comes, Patres Academiae venerandi, Hospites cuiuscunque ordinis honoratissimi, nec minus generosissimi nobilissimique commititones interesse, eumque honorifica sua praesentia splendidiorem redere velint, mei ordinis, meoque nomine, obseruantissime et decenter rogo quaesoque. Ienae d. xiii.

Februarii 1510 CCLXVII



ULB Halle
004 453 824

3



S6







D. IO. AVGVST. HELLFELD

SERENISSIMI DVCIS SAXO - GOTHANI A CONSILIIS AVLICIS
CODICIS ET NOVELL. PROFESSOR ORDIN. CVRIAEC PROVINC.
ASSESSOR SCABIN. COLLEGII SENIOR ET FACVLT,
IVRID. H. T. EX-DECANVS

1767, 1 14

SOLEMNIA IN AVGVRALIA

PRAENOBI LISSIMI AC DOCTISSIMI

IVRIVM CANDIDATI

GEORGII FRIDERICI STARCKII

REGIM. ALTENB. ADVOCATI

INDICIT

AD DIEM XIII FEBRVARII CIOIO CCLXVII.

SIMVLQVE

DE PROBATIONE DIVIDVITATIS
TERRITORIORVM PER EXEMPLA

QVAEDAM DISSERIT.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.